Quelle: https://manuscripta.at/?ID=916
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



cruce leuari. Nero dixit.
Optime iudicasti. Iduc
ti sunt petrus et paulus
a conspectu neronis. paulus
decollatus est iniua hos
tiensi. petrus autem dum ue
nisset ad crucem ait. Quo
dominus meus ihesus xpc de celo
ad terram descendit recta
cruce sublimatus est. me
autem quem de terra ad celum
uocare dignatus est crux
mea. caput meum in ter
ra debet ostendere. et pedes
ad celum dirigere. Ergo
quia non sum dignus
ita in cruce esse. ut dominus me
us ihesus xpc. girate crucem
meam. At illi uerterunt
crucem. et sursum fixe
runt pedes eius. manus
uero deorsum. Conuenit in
numerabilis multitudo
maledicens cesarem ne
ronem. ita furore pleni.
ut uellent ipsum cesarem
incendere. Petrus autem
prohibebat eos dicens. Ante
paucos dies rogatus a fra
tribus abscedebam. Et oc
currit mihi dominus meus ihesus
xpc. et adoraui eum et
dixi. Domine quo uadis?
Et dixit. Sequere me.
quia uado romam ite
rum crucifigi. Et dum
sequerer eum. redii ro
mam. Et dixit mihi. noli
timere. quia ego tecum sum
usque introducam in do
mum patris mei. Et
ideo filioli nolite impe
dire iter meum. iam
pedes mei uiam celes
tem ambulant. Nolite
contristari. sed congaude
te mecum. quia hodie
laborum meorum fruc
tum consequor. Gratias
tibi ago bone pastor
quia oues quas mi
chi credidisti compaci
untur mecum. Peto ut
participentur mecum
de gratia tua. Commendo
tibi oues quas tradidisti